bus honeſtiſſimæ huius diſciplinæ Sectatoribus occaſionem præbere, vt digna gratitudine Iunioribus creſcendi copia, atque Maioribus eruendæ veritatis anſa contra plebeiorum oculorum examen etiam, tam liberaliter, quàm vberrimè detur, cernis enim liquidò, quid profeſſio iſta deſideret, quidq́, & quàm magnifica elenchus hic promittat. Quare cum ingenuis, vt ſoles, animum aduerte, vt ita Libellum hunc ſuſcipere, excipereq́ pergatis, ne integro & ſplendidiſſimo conuiuio, cuius hic guſtum valde opiparum facimus, veluti erepto faucibus famelicis ſuauiſſimo bolo, priuatos atq́ penitus defraudatos nos eſſe poſthac dolẽter feramus, ac triſtiùs queramur. Bene, mi Amice, vale, & me amando, vulgi hoc in negotio iudiciũ ride, ſiquidem non dubium eſt, quin nouitas iſta abſq́ rancore Doctis omnibus tum grata, tum vtilis aliquando futura ſit. Veldkirchij Rhetiæ, à nato Seruatore Christo M. D. X L. anno.